

molendinis, viis et inviis, exitibus et redivibus, quaesitis et inquirendis, mancipiis utriusque sexus cunctisque aliis appendiciis quae adhuc dici, inveniri aut nominari possunt, ei in proprium tradidimus ea videlicet ratione, ut iam dictus Aico episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem disponendi, ordinandi atque in usum monasterii faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio nunc et in futuro firma et invulsa permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione iussimus signare<sup>4)</sup> manuque propria ut infra videtur corroboravimus.

Signum domni Ottonis (L. M.) gloriosissimi regis. (L. S.)

Hildiboldus<sup>5)</sup> episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi recognovi.

Data II. Non. Oct. anno dominicae incarnationis DCCCCXCV. indict. VIII., anno autem tertii Ottonis regnantis XII. Actum Hauelunberge feliciter amen.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden in zwei Ausfertigungen; das aufgeklebte Siegel ist in B. sehr gut, in A. ziemlich gut erhalten.

Schöttgen Historie d. St. Wurtzen S. 43. — Lünig RArchiv. Spic. eccl. I. S. 835. — Heydenreich Gesch. d. Pfalzgr. S. 25. — Calles series S. 46. — Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 2.

4) signare iussimus B. 5) Hildibaldus B.

## No. 14. 995. 12. Nov.

*K. Otto III. schenkt der Stiftskirche das Lehen eines Thammo in drei Ortschaften des Harzgaues.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Notum sit omnibus in Christo fidelibus tam praesentibus quam futuris, quomodo nos ob interventum Aigonis venerabilis episcopi sancto Johanni evangelistae et sancto Donato martyri Christi ad altare Misnensis ecclesiae pro remedio animae patris nostri simul et animae nostrae quandam nostrae proprietatis partem, quicquid Thammo in beneficium habuit in villis Sigefrideshuson<sup>a)</sup>, Silzesteti<sup>b)</sup>, Wendilburgoroth<sup>c)</sup> vel ubicumque situm sit, in comitatibus Friderici comitis et Vnegonis comitis et in pago Hardega sitam cum mancipiis utriusque sexus nostri iuris, servis et ancillis altari praetitulo in proprium concessimus firmiterque donavimus cum omnibus utensilibus ad id iuste pertinentibus, aedificiis, areis, pratis, pascuis, campis, silvis, terris cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et redivibus, molendinis, quaesitis vel adhuc inquirendis omnibusque ad id iuste spectantibus, eo videlicet tenore, ut eiusdem ecclesiae praesul Aigo eiusque successores libero perfruantur arbitrio haec tenendi. Et ut haec nostrae donationis auctoritas firma stabilisque permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum anulique nostri impressione signatum manu propria firmavimus.

Signum domni Ottonis (L. M.) magni et invictissimi regis. (L. S.)

Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi et archicapelani recognovi.

a) Sievershausen bei Derenburg im Kreise Halberstadt, jetzt wüste Mark. Vgl. v. Wersebe Beschr. der Gaue zw. Elbe, Saale u. Unstrut S. 78. b) Sillstedt bei Wernigerode. c) Wülperode im Kreise Halberstadt.